Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift



2385

pro alicuius utilitatis fortasse compendio uideantur laxanda cedamus.
cumque nobis contra salutarium reuerentiam regularum cupiamus temere
nichil dicere. et cum sedes apostolica supior his omnibus fauente domino que
patrinis canonibus sunt prefixa pio deuotoque studeat tenere proposito. sa
tis indignum est quemquam uel pontificum uel ordinum subsequentium. hanc
obseruantiam refutare. quam beati petri sedere et sequi uideat et docere. Sa
tisque conueniens fit. ut totum corpus ecclesie in hac sibimet obseruatione con
cordet. et quam illic uigere conspiciat. ubi dominus ecclesie totius posuit princi
patum. Idem iohanni episcopo sorano. Non dedicentur basilice que preter auctori
tatem sedis apostolice fuerint edificate.

Certum est quod de nostris precep
tionibus constitutum ne quis in ecclesia aut in oratorio quod sedis nostre
non legitur permissione dedicatum. processionem publicam putarit
impendi. ne conditores furtiuis subreptionibus contra regularum
statuta prosilirent. Si quia megetia spectabilis femina petitoria
nobis oblatione suggessit in possessionibus propriis suorum corpus
cula condidisse. frater karissime humanitatis intuitu quod priora statu
ta non maculet funeribus et sepulchris tamen in comprehensis petito
rio locis ministeria noueris pro sollempnitate prestanda ut defunc
torum nomine solummodo diuina celebrentur officia. publica frequen
tatione et processione cessante. Item Nykolaus papa clero et populo
nonensis ecclesie. Sine nutu sedis apostolice. ecclesia non debet instituere.

Ecclesia i. catholicorum collectio. quomodo sine apostolice sedis instituetur nu
tu. quando iuxta sacra decreta. nec ipsa debet absque preceptione
pape basilica nouiter construi. que ipsam catholicorum intra
semet amplecti catiuam dinoscitur. Item ex concilio aurelianensi.

Nemo ecclesiam edificet. Sine signatione episcopi. non edificetur ecclesia.
antequam ciuitatis episcopus ueniat. et ibidem crucem figat publi
ce atrium designet. et antequam prefiniat. qui edificare uult. que
ad luminaria. et ad custodiam. et ad stipendia custodum suf
ficiant. et ostensa donatione sic domum edificet. et postquam
consecrata fuerit atrium eiusdem ecclesie sancta aqua conspergatur. Item ex concilio
bracarensi. ii. Non consecretur basilica. que pro questu cupiditatis edificatur.

S. xv. Q. i. Quicumque;
S. i. Q. ii. C. i.